



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Nicolao papa primo Cap[itulum] xxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse decēbris occurrētibus. Fo. vii.

nem contra hostes imperij misisset: et illos ad portum myree applicantes vir sanctus ad praedictum inuitasset: cum essent in mensa nunciatur viro dei: consulem pecunia corruptum tres iuvenes milites innocentes decollari mandasse. Illico sanctus tribus illis principibus sibi associatis ad locum properauit: et iuvenes iam genussuero gladium vibrantis expectantes reperit. Rudacter igitur se in speculatozem ingerens gladium sibi extorsit: innocentes exoluit: quos secum adducens consulem adijt: eumque duras obiurgans: tandem penitētem suscepit. Cū autem principes imperiales cum victo: iam redeuntes ab imperatore magnis honoribus sublimari fuissent: ex inuidia apud eum de prodicione delari sunt: quos ille carceri traditos precepit mane sine audientia decollari. Qui liberationē trūm iuuenū factam a viro dei recolētes eiusdem se meritū commendarunt. Eadem nocte vir dei imperatori per visionem apparuit: ipsum de impietate redarguit: et nisi innocentes dimittat exitiale bellum eidem comminatur ad mortem. Interrogatus quis esset: dixit se esse Nicolaum episcopum myreorum: similiq; visione prefectum exterruit. Eugilās princeps viros aduocat: et si cui sancto se commēdassent interrogat. Qui dum se sancto nicolao cōmendasse dicerent. Diratus imperator ventam petijt: innocentes absoluit: et eosdem ad vitam dei cum muneribus destinauit. Fertur beatum nicolaum iam senem niceno concilio interfuisse: et quēdā arrianū zelo fidei inaccessibiliter percussisse: ob idq; a concilio mitra et pallio priuatum extitisse: propter quod ut plurimum sine mitra depingitur. Sed dum aliquādo missam beate virginis cuius erat deuotus in pontificalibus celebraret: et priuationem mitre et palli dederet: quasi zelo nimio fidei ablata: ecce cunctis vidētibus duo angeli eidem affuerunt: quorum vnus mitram: alius pallium sibi diuinitus restituerunt. Et extunc insignia reassumpsit sibi celitus restituta. Quem ad vltimam horam deueniens: angelos sibi occurrentes conspexit: et suum cōmendans spiritum domino in pace quiescit die octauo iduum decembris: anno domini. ccc. lxiij. Ex cuius ossibus oleum iugiter emanare consuevit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus sanabantur. In multis chronicis inuenitur: quod post multum temporis destructa a turcis episcopus myrea ciuitate a mercatoribus barrenis corpus sancti nicolai barrū translatum est: ibique iacere vsq; in presens: vt plurimum creditur et a multis peregrinantibus visitatur. Veneti autem idem corpus afferunt venetijs delatum. Cuius historia translationis debito loco: videlicet tertio kalendas iunij ponetur. Miracula autem sancti: tum quia infinita esse dicuntur et innumera: prout collecta eius festiuitatis asserit: tum etiā quia ea sola de sanctis ponere cu-

rauius: que vel in vita eius: vel circa mortem: aut erga eorum corpora contigerunt: ex aliquo luminibus lectori legenda dimittimus. Hoc solo ad eius venerationem exarato: quod dum beati nicolai historia de nouo edita esset: que notata cum suo cantu ad manus quorundam fratrum monasterij sancte crucis de cesena deuenisset: et fratres eam in eius festo canere ad officium vellet: eorū prior omnino recusauit: et fratres redarguit: dicens loculatozia in ecclesia non esse licitum decantare. Nocte superueniente sancti nicolaus priori apparuit: eumque vultu terribili lecto abstraxit: pavimento collisit: et incipiens antiphonam. O pastor eterne etc. per singulas differentias vocum: fuste quem tenebat tetens supra dorsum patientis ingeminās: per ordinē ad finemq; decantauit. Qui semiuuus dimissus clamoribus fratres excitans visa et gesta narravit: antiphonam quā nunquam audierat retulit: et centum notas in ipsa consistere didicisse se et centum percursionibus quas susceperat adiecit: et put dixerat sic esse compertum fuit. Dataq; licentia frēs nouā historiam eo die et deinceps tā ipsi quā alij in multis ecclesijs celebrarunt.

De sancto Nicolao papa primo Cap. xxxiiij.

Nicolaus papa ^{bul' no-} ^{minis p-} mus natione romanus: ex parte theodoro successit benedicto. iij. et sedit annos nouem. menses duos. dies. xx. Et in chronica martiana habetur post magnum Gregorium papam nullus vsq; ad eum apparuit in sede romana eidem sanctitate comparādus. Floruit autē tpe Ludouici secundi imperatoris. Hic michaēlem constantinopolitanū imperatorem excomunicauit propter ignatij patriache iniustam depositionē. Excomunicauit etiā lorbarium regem gallic ppter gualderade pelicis sue societatem. Qui rex tpe adriani successoris nicolai pape romā veniens cōcubina dimissa: absolute ab eo recepit: et non multo post vita decessit. Huius tpe sanctus Cyrillus pene omnium sclauorum ap'us corpus sancti Lemētis pape a serfona vbi in mare ponticū piccū fuerat: ex mari episcato auferens romā detulit. Quod p nicolaū papā in ecclesia sancti clementis recōditū fuit: vbi et ipse cyrillus paucis expletis diebus sepelitur miraculis coruscando. Nicolaus hō papa post multas et vberes collatas elemosynas et alia multa bona que fecerat in xpo quiescit: et in ecclesia sancti petri apostoli sepultus est.

De sanctis Dionysia datiuā et socijs martyribus Cap. xxxv.

Dionysia datiuā: leōria et Emilian' medic' et religiosus vir noie terrius: necnō bonifacius et seruus et vitricus atq; maioricus